premissionibus ad consentiendum eius in solidum de omni et integro iure illius
scripta reformatorio, Admitabiliali vel quopiam alio ipsa in bonis preex
pressis modo quocumque concernendo, Itemque ad approbandum et ratificandum
dictum contentum inscriptionem ad Acta presentia Castrensia Premisliensia Statue
re sub vadio similis summe Centum triginta flor. pecunie monete po
lonice in defectu Completionis clausularum ac condicionum in presenti inscri
ptione specifice expressarum. Uti est evangelica clausula ad ex
plendum assignata ipso facto per prefatum debitorem vel po
steros eius eidem Michaeli Orzechowsky vel posteris eius tociens quo
ciens ad solvendum irremissibiliter sine quovis strepitu iuris vel iuramento ex
porali luendum et sucumbendum Pro qua quidem summa simul in eodem An
tonium sexaginta flor. pecunie, Quo vadio ratione non transportat in
solucionis pro eodem tempore succumbitur quociens de bonis recognitionis vel sur
ressores eius eidem Orzechowsky aut posteris eius citare permiserit
Iudicium coram officio presenti Castro Premisliensi, vere de eo actus districtibus
Iuribus et sine quibusvis iniuriis, Sese cum successoribus et bonis suis
Iurisdictioni eiusdem Castri Premisliensis quo ad respondendum subiiciendo in
primo Citationis termino tanquam peremptorio stare parere iudicare
ac pro citatis diebus paratis pecuniis satisfacere decretumque et
ab ipso dicto parti iudicio successores tenebuntur, Eundem terminum
primum peremptorium et alios subsequentes terminos nullis modis iuris co
loribus exceptionibus quibusvis contumeciis suspensionibus evasionibus
universalis vera vel simplici infirmitatibus Actione pro maiori
dilationibus quibuscumque quas mens et industria humana excogi
tari possit non prorogando, Ad quietationem mortificationemque
presentis inscriptionis Ad evictorem seu evictores si quem seu quos
de iure habere possit dilationem seu dilationes non recipiendo ter
na terminum occasionem et simplici pena vadium seu vadia huiusmodi non
evadendo, A decreto seu decretis quibusvis tam in aversionis quam
principali negotiis latis et factis Nullas motiones cum appellationibus
faciendo et interponendo Neque ad prosequendum easdem ad Iudicem quod par
tem adituro Aut illas protestationibus Minimum et Nobilium innovan
tem remissurum et quietum sibi in auxilium consensum inscriptionis Cottidie ex ea emanat

et tandem illius positionem processum iudiciarium qui fuerit intentatus
Ac totum eorum effectum recipiendo, presentationibus constitutionibus quibusvis ac pre
missa omnia ad executionem presentem non valendo, Sub quo et suorum
successorum amissione totius cause rei litis prefati Vasilii et eius
dictus quo vel quibus solutis utique in scriptum suum et bonis eius
contenta tociens quociens opus fuerit sive recognoscendo satisfacere in
suis posteris tenebitur et erit astrictus, Nulla in premissis eorumque pre
scriptione teri abusu inscriptionis eiusdem obstante

Orzechowski quietat Kalnofoiscki

Generosus Andreas Orzechowsky personaliter constitutus coram officio presenti Actisque
Castrensibus Premisliensibus, A iure et foro suis propriis quibusvis recedendo
sese cum successoribus et bonis suis iurisdictioni presenti Castrensi Premisliensi
quo ad presentem recognitionem subiiciendo sanus mente et corpore existens
publice recognovit Quia ipse habens ius quesitum et translatum omne
a Nobili Iwanko Baramowsky, recepit et in manibus tenavit summam
viginti duorum flor. pecunie a Nobili Stanislao Kalnofoiscky, quam sum
mam idem Kalnofoiscky prenominato Iwanko Baramowsky coram officio
et Actis presentibus in bonis quarta agri ville Baramowice inscripserat
et assecuraverat De qua summa recepta predictum Kalnofoiscky eiusque
successores eius quietat et liberum facit perpetuo, Inscriptionem eandem omni
Iudicialem una cum condicionibus illius ad eximendum cassat et a iure suo recessit
recepit dans sua personali recognitione mediante

Actum in Castro Premislien Feria Tercia post
Festum Decolationis Sancti Joannis Baptiste proxima
Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo

Komarniczki obligat Tharlo

Coram officio et Actis presentibus Castrensibus Premisliensibus stans personaliter Nobilis
Fridericus Komarniczky Ducis, Obmisso foro suo quovis competendo
et eius renunciando, Sese cum bonis et successoribus iurisdictioni presenti Castrensi
Premisliensi quo ad presentem recognitionem subiiciendo, sanus mente cor